Magnifice Nobilissime et Generosissime Dne;

'S RYKS ARCHIEF.

Sperabam fore, ut coram hac septimanâ Suæ Celsitudini mea obsequia
humillima constarent; Jussi enim eramq transire Zeelandiam Vestram, postmodum
cum universo Legationis nostræ Polonæ in Gallias comitatu navigare Caletum.
Sed prævertit clementissimum Suæ Mttis mandatum tempestuosa autumni Sui
constitutio, & mora præter morem Suæ Mtti gerendum itineris nostri protracta
adeo, ut Ultraiecti inopinato singulorq in Legatione consensu impetrato prius Salvo
conductu jam iter nobis per Brabantiam maturandum sit, ego vero, qui propediem
Ambsterodamum, ad Castra vestra prægressusq iter nostrum, nudiqtertius veneram.
Heri fuerim hic speciali nobili ob id misso revocatq Ultraiectum; solq enim transire
Brabantiam non potui, sed in Comitatu legationis mihi necessario abeundum est, Literas
enim, quas S. Rgia Mttas mihi primarijs Galliæ Magnatibq perferendas dedit, Solq
mari & locis hisce non satis tutis concredere nolui; quare hac vice legationem de
serere, nec potui nec debui. Velit Suæ Celsitudini has meas rationes significare
& ne solito more ægrius meam absentiam ferre velit, meo nomine humillime im-
plorare; Spes bona habet futuros nos redices post mensem in Hollandiam, ubi
vobiscum commoraturq aliquantisper, rerum & Curationis meæ hic usq sincera
fide dexteritate non minori amanuensis mei circa Personam Suæ Celsitu
dinis habitæ reddere potero; et ipse coram quid in melius vel deteriq hactenq
iverit circa Sanitatem Suæ Celsitudinis, quid sperandum, quid non; quid mihi
ulteriq agendum, quid non; ingenuè aperiam. Hoc biennio quod iter meum præ-
peditum fuerit, et quomodo ipsi vos dubio procul nostis, nec mihi licuit ee tam
beatis tali & tantâ classe ire, redire oresundum, quali nuper Vestri Batavi ve-
nerunt; extra hoc, mare ego nunquam à juvene libens sum ingressq, nec ingrediar
facile, ubi interstitium mortis & vitæ duo tantum sunt asseres. Scio etiam me
pluribq in servire natum & educatum; (verè & citra ambitionem scribo).

Pro ulteriori Suæ Celsitudinis eaq

BIBL. LUGD. BAT.

137

Pro ulteriori eaq; sufficiente necessitate manu meâ parata pro usibus Suæ Celsitudinis tuli ipse meo curru medicamina, quæ D. Hermanno Hagam comitis transmissa sunt; quibus si uti frui voluerit Sua Celsitudo, peto ut paucis lineis rescire possim; Interest enim, fideliter serbo, & valetudini & vitæ S. C. defatigatæ, è laboribus & molestiis castrensibus hisce mensibus dubio procul, ob indigitatas raões, quæ omni exceptione Medici maiores sunt, recidivas novas facturæ; quarum periodum è sedulâ eaq; continuata per hoc biennium observatione S. C. absentem me tam bene & fideliter habere, quam Vestros Medicos ad unum omnes, consignatam gloriari possum. Annus etiam jam currit ætatis 63 Criticus ille Magnus; ~~præter~~ vobis præter solitum diutius cum milite in vestris uliginosis castris, ut video, hæretis; labor noster, tot sumptibus, futurus esset frustraneus; Hoc est quod primis hisce annis in subiecto jam ætatis depontanæ, non vulgari ~~Magno~~ eaq; gratiâ reverentia tractando, omnem eamq; absolutam Curationem, quæ tot annis errore vel ægri vel Medicantium desperata est, exigatis à Medico naturæ ~~Ministro~~ saltem, non Domino; Quartus jam annus est, ubi in vegeto athletico, & florido corporis habitu Sacræ Regiæ Mtis, eam DEI gratia sanitatis perfectionem obtinuimus, continuatis hucusq; medicamentis & laboribus; [nihilominus status recidivarum periodis observationem ordinatiam et] Exin facile Magnitudinem hujus morbi articularis jam tot seculis desperati, Medicique dexteritatem & pertinaciam in laboribus & molestijs sustinendis patientiam colligere quilibet poterit, nisi quis — candida de nigris & de candentibus atra

[in margin: & medicamentorum continuando.]

Hæc sunt quæ volitanti & circa maturandum nostrum in Gallias iter Vram Magnificentiam rescire volui; reliqua privatis colloquiis brevi Deo volente

Coram. Hagae Comitis futuris reservando, & Vram Magnificentiam Deo Custodi nostro Commendando, volitanti calamo Ultrajecti 30 Septembr Ao 1648.

Vestrae Magnificentiae
addictissus
Andreas Cnöffelius D.

130

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4135

Magnifico Nobilissimo Dno Dno
Constantino Hugonio Dno à Silekom
Suæ Celsitudinis Consiliario. Equiti
Aurato

Domino meo singulariter observando

Hagam Comitis

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4135